Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



38

recapitulauit · quia non ait ipse post hoc ambulans iuxta mare
galileę uidit duos fr̃s · si sine ulla consequentis temporis differentia · ambulans auté inquit iuxta mare galileę · uidit duos
fr̃s · & cętera · Proinde fieri potest · ut postea narrauerit · non quod
postea factum erat · si quod prius p̃termiserat · ut cũ illo intelligantur uenisse capharnaum quod iohes dicit · & ipsũ & matrẽ
eius & discipulos eius uenisse · An potius alij discipuli fuerẽ · sicuti cũ
eum philipp̃ sequebatur · quę sic uocauerat ut diceret ei · sequere
me · Quo enim ordine uocati sint omn̄s · xii · apli in euangelistarũ
narrationib̃ non apparet · quandoquidem non tantum ordo
uocationis · si nec ipsa uocatio cõmemorata est omnium · si tantũ
philippi & petri & andreę · & filiorũ zebedei & matthei publicani
qui etiam leui uocabatur · singillatim tam̃ abeo nomen & p̃m̃
& solus petrus accepit · nam filios zebedei non singillatim si simul
ambos appellauit filios tonitrui · Sane enim aduertendũ
est quod scriptura euangelica & aplica non solum illos duodecim̃
appellat discipulos eius · si omn̄s qui in eum credentes magisterio
eius ad regnum cęlorũ erudiebantur · ex quorũ multitudine
elegit · xii · quos & aplos nominauit · sic̃ lucas commemorat ·
ipse quippe paulo post posuit · Et descendens cum illis stetit in
loco campestri · & turba discipulorũ ei̇ · & multitudo copiosa
plebis · Non utiq; diceret turbam discipulorũ ei̇ hominis · xii ·
Ilus quoq; scripturarum locis hoc euidenter apparet · discipulos
eius omnes appellatos · qua abeo discerent · quod ad eternam
uitam pinerent · Queri autem potest quomodo binos uocauerit de nauiculis piscatores · p̃mo petrum & andream · deinde
pgressus paululum alios duos filios zebedei · sicut narrat
matheus & marc̃ · cum lucas dicat ambas eorũ nauiculas impletas magna illa captura piscium · sociosq; petri cõmemo